

pāra. Hinc spes beata: in beatitudine non est timor amittendi felicitatem: & in Virgine spes, beatitudinis sequitur conditionem; quoniam si ad Dominum dirigitur oratio, ac intervenit Virgo, donum obtinebitur gratiæ, sine timore repulse. Spes perfectò beata, quæ effecta apparet gloriosa. Gratiæ utique decus, dum spem expectantes non expectamus: equidem cum sit gloriosa, & comite gratiæ quod expectamus habemus; *Gloriam spei* Hebr. 3. 6. *ferman*, vocat Paulus. Ex firmitate gratiæ, est gloria protectionem largienti.

Stār. 1. *Thebiv. 322*
Gloriosa & *caelestis*

Coloss. 1. 5.

Spir. anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.
Auxilium Virginis non consumit, sed fructuonem auget: equidem cum sit gloriosum, expectatum sine expectatione patrocinium; habet spes gloriæ in gratiam firmitatem; quippe nacta (ne sit spes) Virginis intercessionem. Implicationem terminorum dissolvit in nostrum propositum Doctor Gentium. *Gratias agimus Deo, propter spem, qua reposita est vobis in caelis.* A caelis spes arceatur; ni de Virgine, quæ Dei celum, exponatur; ut plaudunt Ioan. Geometr. *Hymn. 2. Anselm. Hymn. 1. & Damascen. de Dormit. Virgin. orat. 2.* In celo ergo Virginis, ubi thronus gratiarum, spes reponitur hominum: diciturque spes collocata in celo, quam suscipit Mater Virgo: propter infallibilem concessionem, charismatum promptitudinem: etenim quisquis egenus spem in illa reponit, vota statim obtinebit; quippequam



TAU.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.
1. Efdr. 4. v. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.



Activā tribu Iuda, & Benjamin, Sacerdotibus & Levitis, sub tyrannide Assyriorum in Babilonia; impletus est septuagesimus servitutis annus, extra cuius terminum cum exterminio Regis & Regni, promiserat Dominus, excutiendum grave iugum. *Ierem. 25. 12. & Daniel. 9. à v. 2.* Capta est ergo civitas, derivato Euphrate in foveam priscam Nitocris: quo presso & depresso, siccato alveo invasit, expugnavitque Babiloniam Persarum exercitus, sub Cyro & Dario Medo, Cyri avunculo.

Quomodo capta à Cyro Babilonia.

Ita ex Herodoto & Diodoro Siculo. Ioann. Freinshemius in lib. 5. cap. 1. *Curt. de Histor. Alex.* Illa ergo nocte, qua *Saca* celebrabantur inter Babilonios (de hoc festo diximus in *Ephemerid.*) vel sacra Belo, Deorum inter illos maximo (cùm indulgerent genio convivijs, ludis & spectaculis) scito per Cyrum luxu, ut ait Xenophon. 7. *Cyropæd.* vel miraculose sicco flumine, ut placer Doctori Angelico, de *Regim. Princip.* lib. 3. cap. 7. vel utroque, iuxta illud *Isaiæ, 21. à v. 2. Obside Medæ. Babilon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplantur in specula: comedentes & bibentes surgite Principes arripite clypeum. Cecidit, cecidit Babilon: irupit in urbem, à Balthasare cogitatam inexpugnabilem, celsi illa ipsa nocte interpretatione scripturæ manus scribentis, monitus à Daniele imminenti, indeclinabilis cladis: Illa ergo nocte interfecit Balthasar, & Darius Medas successit in Regnum.*

Daniel. 5. 30.

His ergo Principibus expugnatus terror orbis, redactamque inclytum Imperium in momenta vana pulveris. Vid. dicta *Tautolog. 6. à n. 35.* Recedit igitur Cyri avunculus in Mediam, cedens Cyro Babiloniam. Tunc temporis monitus fuit à Iudæis, in Assyriorum exterminium à vero Deo retrò seculis designari & proprio nomine. Legit Evangelicum Vatem, & ita invenit prædictum & iuxta rerum eventum. *Dominus Redemptor tuus, qui dico Ierusalem, Habitaberis: & civitatibus Iudæ: Edificamini. Qui dico profunda, Desilare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Edificaberis: & templo, Fundaberis. Hec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, ut subsiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiā coram eo ianuam, & porta non claudentur, & cetera, ut scias quis Ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Propter servum meum Iacob, & Israël electam meam, & vocavi te nomine tuo: asimilavi te, & non cognovisti me. Nimirum antequam esses; quia antequam natus, à me nomine Cyri insignitus; ut cognosceres, cum esses, quod Deus ego futura infalibiler annuncians, ventura sine ambiguitate declarans, & nomine signans, in quo elucet & cognitio & gratuita dilectio. Hand aliter explicitis amor à Moyse, *Exod. 33. 12. Præsertim cum dixeris: Novi te ex nomine. Septuag. Novi te præter omnes, & invenisti gratiam coram me.* Alapid. *Præ omnibus te elegi & diligo, mihi que places.* Liqueat ibid. 31. 1. *Ecce vocavi ex nomine Beselel.* Intuitus, *Isai. 43. 1. Noli timere: vocavi te nomine tuos: meus es tu.* Signum est benevolentia, familiaritatis, necessitudinis, & singularis amoris: quapropter bonus pastor, ut demonstrat amorem; proprias oves vocat nominationem. *Ioann. 10. 3. Plaut. in Asinar. Act. 4. Scen. 1. v. 35. Te, ne dicat: Nomen nominat.* Taubmann. hic. In signum amoris, *Ne dicat**

Isai. 44. à 26. & 45. à 1.

24 sit à nomen no- 10 Septuag. Alapid.

Tom VI.

Fif 2

Te

Te, nullo certo nomine edito; sed nominatum te nominat. Semper in Cyri, insignisque sue- re, quorum ante nativitate prædictum nomen. Iſmaël, Genes. 16. 11. Iſaac, cap. 17. 19. Iofias, 3. Reg. 13. 2. Ioannes Baptista, Luc. 1. 13. Iesufusque Dominus N. ibid. v. 31. Hoc enim inſigne habuit Cyrus, à Deo, priuſquam eſſet, nominatus, ut vidimus; unde cum huiusmodi gratiam comitentur ſingularis dotes: notitia prophetiæ Cyri ſimulavit affectum in demonſtrationem gratitudinis.

3. Decretum ab illo ſanctum explicat cuncta: Traduxit vocem in omni regno ſuo etiam per ſcripturam dicens; Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum: Omnia regna terræ dediſt mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Ieruſalem.

1. Eſdr. 1. 2. Dedit ergo facultatem captivis remigrandi in patrium ſolum, inſtaurandi templum, commectum in ſubſidium idneris eis conceſſit; inſuperque vaſa ſacra, quæ Nabuchus ſuſtulera, regià liberalitate reſtituit. Eleganter Iosephus, 11. Antiq. cap. 1. Excitato ad id Cyri animo, Deus effecit, ut ille in hunc modum per univerſam Aſiam ſcriberet: Hæc dicit Cyrus Rex: Quoniam me Deus Maximus orbis Regem conſtituit; hunc illum eſſe credo, quem Iſrahelitarum adorat populus. Is enim meum nomen per ſuos Prophetas prædixit, & quod templum eius ædificaturum ſim Hieroſolymis in terra Iudæa.

Hoc autem Cyrus cognovit ex lectione libri, qui Iſrahel prophetas continet, & auctoris & decem annis ante ipſius ætatem conſcriptas. Hic enim ſecretum hoc Deum ſibi indiçaſſe, dixit, quod vellet Cyrum, quem multarum ac magnarum gentium Regem declamaturus eſſet, remittere populum ſuum in terram Iudæam, & templum ſuum ædificare denuò. Hæc Iſrahel prædixit centum quadrageſima annis, antequam templum devaſtatum eſt. Quibus lectis Rex admiratus Vatis divinitatem, correptus eſt cupidine exequendi quæ ſcripta legerat: convocatiſque clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait, ſe illis permiſiſſe, ut proſciſcantur in patriam, urbemque Hieroſolymam & Dei templum ædificent denuò: nam & ipſe inquit, Deum futurum illis auxilio, & ſe ſcripturam vicinis Regem Ducibus ac Satrapis, ut conſerant eis aurum & argentum ad templi fabricam & victimas ad ſacrificia. Hactenus Iosephus, idemque Petrus Comest. in Daniel. cap. 17.

4. Dimiſi igitur Iudæi, adiuvantibus Satrapis, quibus commendaverat Cyrus ædificaverunt altare in eodem loco in quo priuſ fuerat, ſicut etiam præceperat Cyrus, apud Ioseph. d. Zachar. 12. 6. ſequentique anno iacta ſunt fundamenta templi, quod erexerunt uſque ad appodiationem, iuxta Comestor. d. cap. 19. & 1. Eſdr. 3. Appodiatio (Hiſpanicè *Balconada*) ordo perularum: mortuo ergo Cyro in Maſſagetico bello, inſidijs Thomiridis, ut diximus, Tautolog. præc. n. 17. & 47. interceptum eſt opus. Cyruſ fuit ex filia nepos Aſtyagis Regis Perſarum, vel ut alijs placet, Medorum: quem exponere inſiſit quia cum ſomniaſſet ex volva filia vitæ enatam, cuius palmitibus tota umbraſſatur Aſia: reſponderentque harioli conſulti, non ſolam puerum Orientis futurum Regem, ſed ſi viveret avam amiſſarum regnum; terrore percuſus, nefandum commiſiſt facinus. Favit cælum inſanti, qui in inſignia naſcebatur, & à cane expoſitus mirabiliter nutritur, poſt à conige paſtoris referentis, infantis nutricem canem; qua de cauſa *Spacum* vocavit puerulum, quia canem ſic Perſæ vocant. Industria Harpagi aperto Marte vicit Aſtyagem, quem propoſuit Hyrcanis, eſt reum mortis, ſibiſque inſit Darium conſobrimum in bellum Babylonicum, ut diximus. Hæc excerpta ex Herodot. lib. 1. & Iuſtin. hiſtor. etiam lib. 1. in quibus inveniuntur plura commentitia, ſacrifici Biblijs oppoſita.

5. Succelſit Cyro Cambyſes in cuius regno Cuthæi, ſeu Samaritanæ, primò aſtu agrediantur Principes Iudæ & Sacerdotes, ut ſocij admitterentur in ædificationem templi; à quibus malignitate propoſiti cognitâ, urbanè, eſtò ſaſtidij digni, ſunt depulſi. Dixerunt ergo, cum commune eſt nobis & vobis Dominum colere; ſed nequaquam commune, templum ædificare. 1. Eſdr. 4. 3. Videntes Cuthæi cogitationes irritas, texerunt aulicas technas, corruptis Conſiliarijs, ſeu Præſidibus, quos præfecerat Cambyſes filius Cyri tam in Syria, quam in Iudæa. Hi muneribus, donisque deliniti, notam fecerant per epistoſas Cambyſi antiquam in Reges Aſyriorum perſidiam, ſeditionum ac rebellionum frequentiam. Unde ſi Perſici Principes perſicere fabricam ceptam indulgerent; corvos nutrire, peſtoreque ſerpentes incaute in mortem forent: equidem Iudæi habentes inſuperabile templum, tanquam præſidium; negotium proſectò facerent Perſis, qui amicos & fautos acerrimos tempore, uti pridem, experirentur hoſtes. Credidit volubilis genij ex facili impoſturus Cambyſes, opusque ceptum ſuſpendi præcepit: ſicque industria inſimicorum interceptum eſt opus per totum tempus Cambyſis & Magorum, uſque in annum ſecundum Darij Hyſtaſpis: ſcilicet, novem annis, ut ait Iosephus, ubi ſupr. cap. 3. Hic (ſubdit cap. 4.)

Quinam ante nativitate babruant nomen

Decretum Cyri de libertate paroli & ædificatione templi.

Ioseph.

Quis Cyruſ & quomodo nutritus & in regnum eveſſit

Antes Samaritanorum, ne templum extructur.

4.) adhuc prævata; voverat Deo, ſi regnum adipiſceretur, quicquid ſacrorum vaſorum apud Babylonem eſſet, remiſſurum ſe in templum Hieroſolyma. Interventu Zerobabelis factam huiusmodi votum, reſert Hiſtoria Scholaſt. in Iudith. cap. 2. Cum interdiſſet Cambyſes reædificationem templi, aſcendit ad eum Zerobabel, & per huius Darij interventum, tentavit animum Regis mutare; ſed non potuit: & tunc perſuaſit Darij ſecreſſi, ut voveret votum Deo Iſrahel, quod ſi eum Regem faceret, reſtauraret eius templum; & univerſa vaſa Domini, quæ adhuc erant penes Regem Perſarum, remitteret in Hieruſalem.

Ioseph.

Com. it.

Magis præclariorum Perſarum Rex.

Cambyſe de iſtuſ eraculo.

Magophonia.

Qua conditione & industria Darij obveni Perſarum regnum?

1. Eſdr. 4. 5.

Quomodo opus reſuſpenſum in diebus Cyri opus inſuſcitavit? Comest.

6. Qua arte & ingenio erectum Darium in thronum, varifariam à Proſanis AA. narratur. A Cambyſe, opera Prexaſpis, quia ſomniaſſit regnaturum, frater eius minor puer nobiliſſima indolis, Smerdes nomine, vel Mergos, aut Mergis occiditur in adytis templi Bel, ibique humatur. Tunc temporis inter Magos, ſeu Principes ſeptem Perſarum (quos in Provinciarum moderamen Cambyſes ſuſceperat, bellum Aegyptijs & Palæſtinae illaturus) Pacazites qui fratrem iuniorum habebat ſimillimum Mergidi, etiam nomine Smerdem, collocat in folio Cyri (cui quidem Smerdi Cyruſ pridem amputare aurticulas iuſſerat) præconſonatque per omnes provincias Smerdem, quem tunc vocavit *Artaxerxem*; pro Cambyſe regnare, quem amentia ex ebrietate iure expulſerat è folio; cui impoſtura favit & decora ſpecies, ſimilitudine lineaminum corporis, & ſeſſus frequens apud Perſas Regis, ſub ſpecie maieſtatis. Eò pervenit audacia, ut magis lateret dolus; quòd ad ipſum Cambyſem Patazites caduceatorem miſerit; qui denuntiaret fratrem ſuum Mergidem; ſub nomine Artaxerxis, Monarchiam Perſicam moderari, illumque eſectum è throno patris, quippe impositis. Hæc ſuſpicio; fratre à ſe interfecto, Cambyſem iam inſanum perturbatis actionibus, in furorem egit, ut mortem ſibi concileret; quia deteriore manu quam ſua, nequibat occumbere. Exera cogitationem accidit mors: equidem cum accepilſet ab Oraculo Ecbatanis moriturum, deluſus ambiguitate, cecidit Ecbatanis Syria, non Perſiæ. Vide Maſolam, Tom. 2. colloq. 2. & Herodot. lib. 3.

7. Illo demortuo potentia ac industria fratris Patazitis, ſeptem menſibus regnavit Pſeudo-Smerdes. Intratum ergo cum ſuſpicaretur Oſtanes Perſarum nobiliſſimus, qui filiam Phædriam (qua ſuppoſitus Smerdes utebatur uxore) habebat in aula; monuit, ut certior impoſtura fieret, filiam nunciaret, an Rex auritus eſſet, vel non; quod illi ſolli facile. Illa patri Regem matrum renunciavit: ille optimaribus Perſiæ, confirmatis teſtimonio Prexaſpis, in turrim à Magis fratribus incluſi, è qua poſt dicta ſeſe præcipitem dedit. Sex igitur Principibus ſacramento obligatis, ſupervenit Darij filius Hyſtaſpis; qui Pſeudo-Smerdem, Artaxerxem, amplexum à ſocio (eſtò in obſcuro conclavi, hoc illa) gladio tranſverberavit; unde apud Perſas feſtum *Magophonia*, de quo in *Ephemer.* die 10. Octobr. Quinto poſteidie de eligendo Rege ſeptem Principes convenerunt, hæc conditione propoſita; ut cuius equus ad ortum Solis (apud illos Maximum Nomen) primus hianſſet, Rex ab alijs ſalutaretur & eſſet. Equiſonis operâ, ad Darium in huiusmodi electione advolavit Fortuna: equidem cum pridie ſuppoſuiſſet equam, Darij equus primus aſhianſit, ſimulque fulmen emicuit cælo ſereno. Alij tunc viſo ſigno, conſeſſim equis deſiliant, Regemque ſalutant. Si alia deſiderantur, adi Herodot. d. & Iuſtin. Hiſtor. Scholaſtic. Tornieſl. in 6. *Mund. etat.* ab ann. 85. Turſellin. & Briet. *Ann. Mund.* 3534. denique Petavium, *Rationar. tempor.* lib. 3. cap. 1. Darij ergo examinato Cyri decreto, ut haberetur, 1. *Eſdr.* 6. & voto obſtrictus, cum perveniſſet in ſolium, reddidit Domino vota ſua, omniaque vaſa ſacra Iudæis reſtituit, amplam concedens facultatem eis ædificandi templum, quod à prædeceſſoribus fuerat diris minis interdictum; iuxta malignum propoſitam Cuthæorum.

8. Priuſquam Tautologiæ expoſitionem aggrediamur, delicanda quædam obvia & diſſicilia; ne in æquivoco laboremus. Primum eſt, quod v. 5. legimus, ſcilicet, Samaritanos (ut impediare vel retardare poſſent templi fabricam, fruſtratis reliquis cogitationibus) in meditando propoſitum Principes ſolicitaſſe vel corruptiſſe conſinium. *Conduxerunt adverſus eos Conſiliatores, ut deſtruerent conſilium eorum, omnibus diebus Cyri Regis Perſarum.* Nemo lanæ mentis cogitabit, conceſſam magnificè, uti vidimus, in templi & urbis ædificationem gratiam; ab ipſo Rege Cyro ſine ulla cauſa fuiſſe ſuſpenſam. Si ille animitus volente corde ædificationem decrevit, opes reſtituit, quomodo revocavit? In reſ Iudæicas ille ſummè propenſus, à quo ergo in diebus eius templi decreti diſturbatum eſt opus? Meditantur, non ab illo, ſed in diebus eius, dicitur. *Cambyſes adhuc vivente patre, duodecim annis tenuit regnum Aſyriorum: unde eo mortuo Monarchiam ſeptem an-*

mi tenuit. Ita Scoliastes Comestor. Additio. ad cap. 20. Daniel. In bella externa cum in- tendere Cyrus, ne aliquid Babylonii machinarentur in absentem Regem, pro se sufficit Cambysem: qui cum caperatæ frontis esset, & levissimi cordis, credens Satrapis, à Sa- maritanis correptis, nihilque questibus Hebræorum respondens, quasi nescire decreta patris; se decipiebat, expectatione lactabat: interimque opus sacrum omnino muti- lum, quippe ulterius non promotorum; quousque mortuo patre adeptus vastam tot Pro- vinciarum Monarchiam, demonstravit palam voluntatem averfam. Qua patet etiam in diebus Cyri a Cambyse inhibitam templi continuationem; quando Iudæis haud facile, Cyrum adire patrem.

9 Secundum, difficilium extricatione videtur: propter nomen Regum compli- cationem. Suspendium est Iudæorum studium, & templi sacri incrementum, Cuthæorum artificio, ac Cambyse odio, Omnibus diebus Cyri Regis Persarum, usque ad regnum Da- rii. In regno autem Assueri in principio regni eius scripserunt (qui supra) accusationem adversus habitatores Iudæ & Ierusalem: & in diebus Artaxerxis scripsit Belsam Mi- thridates, & Thabzël, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem Regem Per- sarum. Inter Cyrum & Darium duntaxat fuere Cambyse, & Pseudo Smerdes: quinam enim, sunt hi a Suerus & Artaxerxes? Cambysem his nominibus vocari, astruit Sanct. hic n. 1. Alapidi. Cæteram. & Maluenda. Trinomius fuit; ait Hilior. Scholast. additio. 2. ad cap. 1. Iudith: imò terra vel pentano mius: quandoquidem si sub tempore eius historia Iudith (ut placet Augustini. 18. Civit. cap. 26. Bedæ, de Sex mund. etatib. Euseb. Chronic. ann. 4674. Dionys. Chartul. Higoni, Lyran. in Iudith. Riber. in 2. Nabum, Ioann. Diedo de Scripturis & dogmatib. p. 2. lib. 1. cap. 2. & p. 3. lib. 3. cap. 5.) erit Merodac & Naba- chodonosor. Iuxta diversas nationes uni Principi dicantur diversa nomina. Apud Græcos dicitur Artaxerxes, idest, bellator insignis: Xerxes, miles Martius, pugnax, vel bellicosus Assuerus, Hebraice, nimiram, Princeps, vel Cephas: multotiesque iunguntur divisa no- mina, ut Artaxerxes-Assuerus, apud Metathenem in Annal. Persar. prop. fin. quo qui- dem titulo honoratur Cambyse, ibid. quia qui caput Persarum & Princeps, erat bella- tor strenuus.

10 Cogitatio roboranda. Præter nomina propria, olim habuerunt Reges illustria & varia nomina appellativa, vel à casu, vel à fortuna, vel à primo regni Monarcha, vel ab honore dignitatis, vel à muneris officijs, ut apud Athenienses, Archontes: apud La- cones, Ephori: apud Achæos, Amphictiones; & sic de alijs, uti dixi, Tom. 5. T. 1. n. 14. Unde Hieronym. in 29. Ezech. v. 2. inquit: Sicut apud Romanos, Cæsares & Augusti, reges eorum appellantur à primo, C. Cæsare; & secundo, adoptivo eius Octavianò, qui postea Augustus est nominatus: & apud Cyros, Antiochi: apud Persas, Artaxerxes: apud Phitiæbim, Avimelech: & post Alexandrum in Ægypto Ptolomæi u que ad Cleopat. am. Sic apud Persas nomen Cyri inolevit tam ex illustri Monarcha, quam ex nominis gloria; quippe Cyrus significat inter Medos Fulgoris hæredem, sive Solem: apud Ægyptios, Helios, apud Hebræos, Samson: hoc enim nomine summa designabatur regis dignitatis, cel- sitas muneris, subditorum cultus, ac regiminis modus: igitur sicut Sol solus in celo; ita Monarcha in terra Cyros, Sol & solus, excellens cuncta, sicut luce Sol excellit astra, qua- tantumvis in sphaera superiora: magis apud subditos æstimabilis, quò gestis respondet splen- dori muneris. Hinc apud Persas insigne Regis Solis imago, vel quia Monarchæ speciem; vel quia uti luminare maius, colebatur tanquam Numen. Super tabernaculum, unde ab om- nibus confitei posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat, inquit Q. Curt. d. lib. 3. cap. 3. In- tuitus rufus huius delicatus hic à Freinshemio: Crystallo (inquit) veluti sacello clausum, ut oriente vero Sole, & in crystallum, aurumque incidente accenderetur, & ex repercussu Solis per anaclastim incensum, alter Sol videretur, oculisque intumescens perfringeret. Eadem Blancard. hic Nomina magna sepe ambita Regibus & à Regibus. Nihil mirum, quod Cam- byses non solum plauderetur Nabuchodonosor, sed etiam vocaretur Assuerus-Artaxerxes, ut per nomen, cognominumque magnitudinem, cunctis, quod ardebat, Regibus se exhiberet saltem quoad speciem, superiorem. Cyro patri invidit, quomò amulari non va- luit. Cyro videri me aliquantò præstantiorem (inquit apud Rhodigin. lib. 16. cap. 20.) cui adessent illius omnia, prætereaque imperio adiecisset Ægyptum & mare. Habent enim AA. præfati, quo astruere possint filium Cyri Cambysem, fuisse (ut textus indicare vi- detur) Assuerum & Artaxerxem.

11 At priusquam meam cogitationem in medium statam, Cambyse referam bre- vi vitam, seu potius amentiam. Ab ipsis natalibus gravi admodum laborasse morbo fe- rantur

Ibid. v. 6. & 7.

An Assuerus & Artaxer- xes sint unus?

Hieronym.

Nomina Re- gum glorio- sa.

Q. Curt.

Freinsh. Insigne Re- gum Persa- rum imago Solis.

Cœl. Rhod.

Arrozania Cambyse.

rant: proindeque multa sepe scisse, que vel infirma fortuna virum dedecere, nedum tantum Principem: nam cuius corpus adeò infestaretur, etus ne mens quidem magnopere constabat. Rhodigin. ibid. Addidit amentæ ebrietatem, ut caput Senec. 3. de Ira, cap. 14. Insuper crudelitate summam. Totius populi naves recidit in Syria (ibid. cap. 20.) in- de Rhinocelura loci nomen est (iuxta Torrentem Ægypti, ut notat Adrichom. Theatr. in Simon. n. 4. & 64.) Peperisse illum iudicæ, quòd non tot capita præcidit? Noto genere porc delictus est. Tale aliquid passi forent Æthiopes, qui ob longissima vita spatium Macrobij appellatur: in hos enim quia non supinis manibus exceperant seruitutem, mis- sique legatis libera responsa deserant (que contumeliosa Reges vocant) fremebat: & non provisus commeatibus, non exploratis itineribus, per invia, per arenia traherat exerci- tum, cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterculis & inculta, humanoque incognita vestigio regio: Agebat adhuc ira Regem præcipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit, ne & ipse vocaretur ad sor- tem. Post cladem Ægypto illatam, de qua infra; idem insit, lib. 2. Natural. qq. cap. 30. Aliquando Cambyse missit exercitum ad Ammonem; quem arena Austro mola, & mira- ntis incidens, tenuit, deinde obruit. In Ægypti strage sese insania & crudelitate exce- sit: igitur post Memphim, expugnata Saim urbe inigni, ubi cadaver Amasis conditum erat; ad defatigationem suorum usque, cædi verberibus imperavit; & stimulis fudeari, donec ferrum desereret, maiore verberantis, quam vapulantis dedecore; sed quid mirum, humanas ab eo esse violatas leges, qui omnia divina iura corruperat? Ita Briet. Ann. 35 29. & Ravil. Text. Officin. lib. 2. cap. 102.

12 Cuncta aversionis in Ægyptios, apud quos pessime audivit, traditor fuisse im- postura Amasis Regis, à quo postulaverat filiam in uxorem: Amasisque edoctus de Cambyse infania, pro filia aliam virginem instituit. Polyenus lib. 8. & Petav. 1. p. Ra- tionar. lib. 3. cap. 1. scribunt huiusmodi dolum ab Amasi factum Cyro, tradita Niceti pro filia: qua quidem ubi plures & Cyro liberos suscepit; inquit his Cambysem, Cyro fraudem confessa, eum perpulit, ut quoniam Amasis obierat, in filium eius Plammeci- chum iniuriam vindicaret: at in apparatu mortuo Cyro, Cambyse hortatu matris Ægypti regnum sibi & posteris inavit. In hac expeditione non hominibus tantum sed Dijs, Religioneque bellum indixisse videbatur (ait Kircher. Tom. 1. Oedip. Iynagm. 1. cap. 10. Dynast. 27.) aras enim inverteit, statuas vominit, superbas Pyramidum & Obeliscorum moles, aliasque fabricas ferro ignique consumpsit. Tantum pepercit Obelisco Thebano, admiratione operis, ait Plin. lib. 36. cap. 9. cætera est facta rursus, irritis, fer- murque suo gladio percussit Bovis Numinis Apis: qua de causa iusta Dei, ut aiebant ven- dicta; in equum furiosè dum concenderet sibi gladium desixit in femore, atque in eo lo- co quò vulneraverat bonum Deum Apim. Vid. Iustin. Rhodigin. loc. cit. Hicine gladius in exemplum servabatur Athenis, unde Pautanias, cap. 27. inquit: Pulcherrimum verò & Atheniensium gloriam maximè insigne monumentum, Cambyse acinaces præbuit. Fu- rentis enim hominis indicia sunt manifesta, quippe levi de causa atrocissima cuncta, fra- trem de medio tulit, quia in folio suo concedentem somniavit, & vertice tangere cœ- lum. Briet. Petavium, Plutarch. de Pietate erga fratres & Textor. Officin. lib. 5. cap. 40. So- rorem quam etiam uxorem duxerat, quia plorabat Smerdem, iracundus intercecit. Ibid. Duodecim Persarum primores nulla causa vivos dedidit. Ibid. cap. 33. A Cresio, ut in meliorem mentem veniret, laudatus, audivit: Nihil quidem ò Rex, hoc uno saltem Cy- ro patre inferior videris, quòd nedum tibi etiammodi sit filius, quem te is & genuit & educavit. Rhodigin. lib. 16. cap. 9. sed cum amice que officij erant; admonere ducl in necem insit. Perse clam subdixerunt: quo cognito, Cresis conservatoribus affectis capi- tali iudicio, summè gavissus est. Petav. quòd supr. Erat enim difficilis ut parceret suis, imò difficile, qui cum contemptu Religionis, grassatus etiam apud Deos fuerat. Interim ipse gladio suo sponte evaginato, in femore graviter vulneratus occubuit: pœnasque laiti, seu imperati parvicidij, seu sacrilegij perpetrati. Ita Iustin. d. & Ioan. Textor. d. lib. 2. cap. 5. 1. 60. 101. 102. Videris Herodot. lib. 7. & 9.

13 Aliqui dixerunt Cambysem fuisse Sesostrim, seu Sefac, de quo 3. Reg. 11. 4. 14. 25. 2. Paral. 12. 2. etenim cum Ægyptum subiugasset, sese supra vulnata extulit: Nam superior eo nullus fuit (inquit Comestor, Addit. 1. in cap. 1. Iudith) Voluit enim solus ado- rari pro Deo; nec cum agrotaret volebat in lectica deferri, nisi à cervicalibus Regum, quasi omnes superaret. Eadem victoria dicitur de insolentia Sesostris apud AA. Profanos. Plin. lib. 33. cap. 3. de Cyri victricem: Victo Sesostris, Ægypti Regis, tam superbo, ut pro-

Tafania, chritica & Rhodigin.

Senec.

Adrichom.

Senec.

Vel in cada- vera. Briet.

Et in Dtois.

Kircher.

Eius gla- dium in Athe- niensium templo Paulan.

Traculentia

Iustin. Mori.

An fuerit Sesostris Comest.

Eius insa- lentia. pro-

prodatur annis quibusque sorte Reges singulos & subiectis, iungere ad currum solitas, sicut que triumphare. Lucan. lib. 10. Pbarsal. v. 276.

Pin. Lucan.

Venit ad occasum, mundique extrema Sefostris, Et Pbarlos currus Regum cervicibus egit.

Videbis Herodot. lib. 3. quem impugnat Ioseph. 8. Antiq. cap. 4. quasi Sefostris non Aegypti, sed Ninives fuisse Rex: ut astruit ex Hugon. Grotio Screevelius in cit. loc. Luciani & Zetzes, Cbillad. 3. cap. 69. ubi:

Zetz.

Afsyriorum Rex Sefostris ille, Iungens in curru Reges, & ab ipsis tractus, Quemadmodum ab aquis alij, &c.

Indiscreta profecto utriusque opera, sed distinctissima tempora; cum Sefac ex sacra pagina constet regnasse tempore Roboami, & Cambysem post libertatem captivi populis Uteroque antiquior Sefostris Aegypti Rex, nimirum, sub ducatu Debbore & Baracha Unde Sefac de quo Scriptura, vocatur Smeden, seu Simandis, ut calculo certo certiore computat Kircher. in Chronolog. Reg. Aegypt. Syntagm. 1. cap. 10. Tom. 1. Oedip. Copt. Sive sit ille Cambyfes, sive non, claret ex dictis inconstancia eius animi & mentis, ac in re ludæas malignitas voluntatis: qua quidem allesti Iudæorum adversarij, nacti fuerunt occasionem retriptionis imposturæ: tenorque epistolæ fat fuit faciagatæ hostium, ut opus templi sacri per novem annos perseveraret abrumptum.

14. Modò in testimoniorum concordiam iuxta infallibilem literam, quin duos Reges Afsyriorum prematur fingere unum. Dixi sup. n. 6. Pataxicem fratrem suum iuniorum Smerdem (Smerdi, seu Mergidi summe similem, sub titulo seu nomine Artaxerxis) in throno Cyri collocasse, fretum utriusque similitudine, expulso præ vitij infano Rege Cambyse. Quod absente Cyro, Cambyse regente, postque Monarchâ, conata est in Iudæos Samaritanorum malicia: summis viribus perficere studuit, dum Magnus, Pleudo-Smerdes, Artaxerxes regnavit. Hinc liquet clara litera textum. Quater Iudæi pro templi erectione coram Afsyriorum Regibus accusati à Cuthais sunt. Primò, Cyro in bellum Scythicum absenti, & Cambyse pro illo regente, non regnante, Secundo, Cambyse regnante & regente. Tertio, Mago, supplicio Artaxerxe. Postremò elato in throno Dario, qui servatis serinijs arcarij Babylonis, inventa que facultate, datâ à Cyro, Iudæis; non solum gratiam regie firmavit; sed universam sacram supelledilem in cultum templi restituit. r. Esdr. 5. à 5. & cap. 6. à v. 1. Claret ergo difficultatis expositio.

Quisnam Artaxerxes, n. re Durium Hystaspis.

1. Esdr. 4. à 23.

Et pro etiam.

Conduxerunt (primò) adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus vite Cyri (ex quo in Massagetis abfuit) usque ad regnum Darij Regis Persarum; nimirum habenas regni pro parte allumente Cambyse, & illicò: ideoque addit: In regno autem Afsueri, in principio regni eius scripserunt accusationem adversus habitatores Iuda & Jerusalem. Haud cessarunt ab incepto, Cambyse mortuo; & (pro etiam) in diebus Artaxerxis (Pseudo-Smerdis, Magi, accusationem) scripsit Beselem Mithredates, & Thabell, & reliqui qui erant in consilio eorum. Quid clarius? Quorsum univocato Afsueri & Artaxerxis, ut factum dicatur sub unius tempore, quod molitum sub utroque? Quo intuitu in Scripturæ obscuritatem voluntariè vaga cogitatio univocato, quos textus perspicuè uti singulos declarat? Hoc non est Scripturam exponere, sed turbare.

V. 7.

Maluend.

Duplex in Iudæos epistola accusatoria.

15. Verum dices. Videtur unam fuisse & coram uno accusationem; quia dicitur Epistola accusationis, v. 7. non Epistolæ. Levis momenti argumentum, cum præmittatur, v. 6. Scripserunt: & v. 7. Scripsit Beselem, quo non clam est, duas fuisse epistolas, ad duos Reges Afsyriorum, seu Persarum, & discretis temporibus; unam scilicet, in principio Afsueri Regis, seu Cambytis; & alteram, in diebus Magi Artaxerxis. Constat amplius electione Hebræa. Pro Epistola accusationis, legitur: Scriptum autographi, quam lectionem sequitur & exponit Maluenda, subdens: Significat exemplar ex autographo, seu archetypo sumptum; seu transumptum ex originali transmissum, quasi dicas, Similem scripturam, scripturam expressam. Dux epistola sunt scriptæ & directæ in manus decorum Regum. Primæ constat, quia in diebus Afsueri scripserunt Consiliarij, seu Duces, qui erant in Samaria; sed eius autographum in Bibliotheca Babylonica non est inventum, ut exemplar exhiberetur ex diplomate transcriptum. Constat illos adversus Iudæos scripsisse, sed non quid. Ex secunda epistola, quæ Artaxerxem Magum, constat quid & qui scriperit; vigitur in Bibliotheca prædicta erat autographum, unde exemplar expressè & fideliter transcriptum: in cuius testimonium, seu ampliore nunciam, autographum, unde

unde sumptum exemplar, seu Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syra.

16. In nostra Tautologia. In signum veritatis notum sit, non solum inibi esse tenorem epistolæ, sed quo idiomate epistolam accusationis fuisse scriptam. Expositio Pleonasmii facilis prorsum, regulâ Scripturæ, quam sæpe tradidit (& hic Tautolog. 5. n. 41. 6. n. 17. & 32-7. n. 38.) nimirum, apud Orientales esse in usu, vel propter exergatiam, vel propter epitalim, animi vividiorem expressionem; declarare rei propositum, & simul in rem suppositum. Altruitur Tautologij, de quibus infra: Evangelium evangelizares, Seminarer semen, Pradicare pradicacionem, Docere doctrinâ, Exhortari in exhortando. In materia Tautologie sunt plura attestantia testimonia. In Licæonia, turba levaverunt vocem Licæonicè. Act. 14. 6. 10. & 4. Reg. 18. 26. Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam. Hebr. Syram linguam. Augult. Epist. 56. Greci homines in Grecia & Græca lingua. Apud Ethnicos uberrimè stylus. Theocrit. Edyl. 15. v. 93. Doricè loqui, licet Dorienfibus. Edyl. 18. v. 47. Non Phrygiè, sed in Phrygia. Latona det Latona, Venus autem Venus, & Iupiter Iupiter det. Litera autem in cortice scribentur Doricè, ut præteriens prælegat Doricè: Venerare me, Helena planta sum. Plautus in Pœnul. Act. 5. scen. 1. à v. 1. Pœnus loquitur Punicè: Idem Galleot. ut videbimus num. 33. Catull. Epigram. 64. Celtiber in Celtiberia. Picos Mirandulan. de Lanâ, Barbariet, inquit: Non est Latinum, non est Romanè dictum. Martial. in Epist. ad lib. 12. Romam, non Hispanensem librum mittamus sed Hispanum. Ubi Domitius Calderin. subdit: Liber qui Romanâ linguâ in Hispania est compositus, Hispaniensis dicitur: Hispanus, qui in Hispania, linguâ Hispanâ. Unde Ovid. lib. 3. Trist. Eleg. 1. v. 17. ait: Siqua videbuntur casu non dicta Latine; In qua scribebat barbara terra fuit.

Epistolæ, exergatiam, ab quo suppositio expressio.

August.

Theocrit.

Martial.

Calderin.

Ovid. Sanct. Prima emâ post.

Denique Sanctius in Act. 2. 6. n. 27. inquit: Ab Hebræo conpositione auditores Hebræi Hebræam sanè linguam audituri. Vide tot in sententij supposito explicari. Haud secus in nostra Tautologia, explicitis, quo idiomate lecta & scripta in Iudæos accusationis epistola: at in hunc sensum & in alios alia excogitanda.

17. Scribere varie sumitur ab A. A. Simpliciter pro formatione literarum, ut in pueris, quod dicitur exarare; vel pro elementorum figuris in expressionem conceptionum mentis: at ut verbum commune, iuxta materiam cui iungitur diversis gaudet significationibus. Scribere leges, est illas condere ac fulminare: Scribere heredem, testamento nominare; sicut servis scribere libertatem: Scribere imaginem, idest, pingere, aut colorare: Carmina scribere, pro componere: Scribere facta, pro describere: Grates scribere, pro gratias agere: Scribere dicam, pro litem movere: Terga scribere, pro verberare: Numos scribere, pro mutuum dare; quia non ex arca domi, sed in foro per scripturam publicam numerabatur pecunia: unde dicebatur rescribi, dum solvebatur. Terent. in Phorm. Act. 5. scen. 7. v. 28.

Transfodes ad forum, atque illud mihi Argentum rursum iube rescribi.

Terent.

Idest, restitui. Videbis hic Donat. Turneb. 4. Adversar. cap. 13. & Levin. Tôrrent. cum Lambino, & Gualter. Chabotio, in illud Horat. lib. 2. Satyr. 3. v. 76. Quod tu nunquam rescribere possis. Sic alia, de quibus egimus Tom. 2. T. 4. à n. 14. Unde scribere pro Dare apud Priscos, ut notat Servius in 7. En. v. 422. etiam La-Zerd. n. 3. multique testimonijs Baptif. Pius in Arnot. poster. cap. 181. Quo intelligitur illud Lucæ 16. 6. & 7. Scribe quinquaginta: scribe octoginta.

18. De generibus chartarum, latè Plin. lib. 13. cap. 12. & hic abundè Delecamp. In folijs, potissimè palmæ, idem cap. 11. & Virgil. 3. Aneid. v. 443. de Sibylla Cumæa:

Fata canit, folijsque notas, & nomina mandat.

Varia materia Chartarum. Virgil.

Post in pellibus, quod proprie Charta: Maiol. Tom. 1. Colloq. 23. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 30. Unde vellus aureum dictum, quia in pelle (quæ charta) arietis scripta erant principia Chimiz, queis metallum quodlibet transformaretur in aurum; ut alibi dixi ex Natal. de Comitib. 6. Mytholog. cap. 8. Linteolis scriptum olim aquâ maerata pro colore, sanguine, aut minio, afferit Melch. Geladin. de Papyro, fusè: Guidoque Pancirolli. p. 22. titul. 13. & Ulpian. d. 1. Librorum 52. In malvis etiam, ut ait Isidor. 6. Etymolog. cap. 12. Post in phyltris papyri, quæ est tunica illa tenuior inter corticem & lignum arboris; vel in iunco, unde nomen libri. Orofius lib. 6. cap. 15. Ptolomeus Philadelphus insignem Tom. 4. 1.

Qui Pellus aureum Aragonarum.

ex papyro bibliothecam instituit. Eumenes Pergami Rex post Anthiochum superatum; emulacione ductus construere conabatur aliam superiorem Alexandrinâ: ac Ptolomeus id reficere, ne papyrus de suo regno exportaretur; interdico prohibuit. Verum Eumenes alium conficiendi chartam modum invenit; nimirum pelles animalium, coriam seu membranam, dicta Pergamena ab urbe Pergama, ubi primùm inventa. Plin. lib. 13. cap. 11. hic Dalecamp. & Panciroll. loc. cit. Ex membranis continuatis olim formabantur libri; iic cõ utitatum verbum, Evolvere libros; ut ait Laurent. Valla, 6. de Elegant. cap. 43. Hist. pan. Rollo: unde illud Isai. 34. 3. & Apocal. 6. 14. Cælum recessit, sicut liber involutus; Latine vocantur Volumina, haud alia de causa, nisi quia unica tantum facies pellis signabatur literis, ut intra aliam vacuum involuta illibate servaretur. Vel apud Romanos usus ut ait Ovid. 3. Trist. Eleg. 14. v. 19. Volumina forma. Frequentior apud hos materia lignea cerata: aliquando are, marmore, asseribus eboris utebantur. In palmarum folijs primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbis voluminibus: mox & privata linteis confici cepta, aut ceris. Ita Plin. ubi dud. Petr. Victor. lib. 5. cap. 16. Vopisc. in Tacit. vit. & in Aurelian. & Tiraquell. latè in Alex. loc. cit. Leges duodecim Tabularum in are incisas, docent Dionys. Halicarn. lib. 10. Antiq. cap. ult. Cicer. 1. in Catilin. & Liv. lib. 2. Decad. 1. de illis, 1. Mach. 8. 2. 1. dicitur: Rescripserunt in tabulis areis, & miserunt in Jerusalem; ut esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis. Idem 14. 18. Apud Græcos etiam utitatum, insigniora inscribi faxis, uti de Themistocle, asserit Herodot. lib. 8. victo Xerxe. De Danis refert Saxo Grammaticus Præfat. in Histor. illorum. De Gothis Olaus Magn. lib. 1. de Gentib. Septentrio. cap. 18. & 20. De Ægyptijs, latè Pier. Valer. & Kircher, in Obelis. Pamph. & in Oedip. Copt. In membranis aliquando vel in signum honoris, vel in signum momenti rerum, literis aureis figurabantur literæ, ut de lege sancta Philadelpho remissa ab Eleazaro Summo Sacerdote, tradidit Ioseph. 12. Antiq. cap. 2. Ita videmus in Regijs privilegijs, quorum capita olim signabantur Rubricâ, ut dixi, Tom. 2. cit. n. 23. Hieronym. Prolog. 1. in Job, insit: Libros in membranis purpureis, auro argentoque descriptos. Aliter iudicium tulie de Legibus Draconis Demades, dicens (apud Plutarch. in Solon.) non immerito; cum levibus culpis constitueretur pœna capitalis; Draconem non atramentum, sed sanguine leges scripsisse.

19 Diversimodò etiam mentem scriptis proferebant Veteres, ut mutuo sese sine aliorum intelligentia intelligerent. Hoc argumentum, collectis antiquitatis ruderibus, exornavit Ioannes de Porta lib. de Liter. furto. N. Thirchem. in Polygraph. Guido Panciroll. p. 2. Rev. memorabil. Titul. 14. Petra Sancta, 4. de Symbol. Heroic. à cap. 1. Iust. Lips. lib. 5. de Milit. Rom. Dialog. 9. Aul. Gell. lib. 17. cap. 9. Isidor. 1. Etymolog. à cap. 21. Alijs & alijs characteribus, seu figuris utebantur Prisci in rebus lætis & in annunciatione mœroris. In epistolis si læta essent scribenda, minustiore & accuratiore literarum generis fin autem, grandiore: ait Meursius in locum illum Plauti, Bacchid. Act. 4. scen. 9. v. 68.

Euge literas minutas (si videat parum) Verum qui satis videat, grandes satis sunt.

Similiter Ægyptij utebantur in sacris distincto Alphabeto à vulgari, cuilibet intelligibili, de quo infra, ut efformat, pingitque Kircher. de Obelis. Pamph. lib. 2. cap. 6. & Tom. 3. Oedip. Copt. Diatrib. 2. Theatr. hieroglyph. Inversò ordine plures scribere, distinctissima (varijs literarum transmutationibus, collocationibus, combinationibus) à sententijs efformantes; ut videmus & ridemus in Anagrammatistis. Aliqui plaudunt uti ingeniosissimum, huiusmodi inventum insulsum, ad minus ineptè otiosum. Delirium vocat Scaliger Exercitat. 327. in Cardan. Vilsimorum mancipiorum ista commenta sunt; sapientiâ altitius sedet: ait Senec. Epist. 90. Quod quidem ad unguem quadrat in Hebræos sequentes animitus Masoretas; de quo num. 27. Siccine inspidum, quod Hispani vocant: Gerigonza, infimæ plebis colloquium; v. g. pro Herus venit (addita aliqua particula voluntarie syllabæ, ut La, le, te, tris, tra) loquuntur Hela, rusla, vela, nitla: vel syllaba ultima dictionis præposita; Nitoe rusbe. Apagete. Aliter per literas & signa solet scribi (Vernaculè: Romance mudo) proprieque dum signa tantum oculis obijciuntur, ut in scala Musica: Mi Sol. Improprie, dum signis iunguntur elementa; uti Virtus Ut Sol, Mi. cat. Adi Kircher, Tom. 2. Oedip. Class. 1. cap. 4. ubi plura curiosa.

20 De combinationibus multiplicibus literarum, studioque illarum cum mirandis delirijs ac superstitionibus Magiam redolentibus, Arabum, Saracenorum, & Hebræorum, idem ibid. tota Class. 4. & 5. Titul. Cabala. Nomen Dei Sanctum asserunt à Ieremia inven-

Quid char- ta, liber, & volumina.

Plin. Horumque materia.

Hieronym.

Plutarch.

Literæ sur- tio. A.

Meurs.

Plaut.

Senec. Varij ha- rum usus.

ventum per alphabeticam revolutionem ex libro creationis, qui dicitur Tesfrab, uti efficit Rabb. Iuda in lib. Batachon, sive de Spe. Cum Teremias (insit) libris Tesfrab multum & sepe, nocturna diurnaque manu versaret; dicitur ad eum venisse BatKol, siliam vocis (ita appellat verbum in revelationem.) qua tribus annis eum dicto libro insudare inebat. Quibus elapsis, cum iam ei literarum placeret coniugatio, ut tractatus ope miranda exequeretur: ecce mox ipsi, eiusque affectus novus se homo exhibuit, cuius frons hac verba præ se ferebat: Tetragrammatos Deus vivus. Sentiens autem dictos noviter creatus homo scripturam in fronte; extensa manu primam in voce Emeth, literam delevit, manifestus sensus: Deus mortuus. Quare Ieremias indignatione percussus, scidit vestimenta sua, dicens: Quare tu deponis Aleph ab Emeth? Respondit, Quoniam defecerunt ubique à fidelitate, Creatoris, qui nos creavit ad imaginem & similitudinem suam. Tunc Ieremias, Quomodo igitur apprehendemus eum? Respondit ille: Scribite Alphabeta ad spatium in hunc pulverem, dispersum iuxta intelligentiam cordium vestrorum. Fecerunt ita: & factus est coram eis homo ille novus pulvis & cinis, & disparuit. O cerebrum terebratum, fincipat putidum! In veritatis theatrum est necessarium combinationis commentum? Iesus novus homo, Tetragrammatos Aleph & verus: quia defecerunt cuncti in Adamo à Creatore qui illum ad imaginem & similitudinem suam formaverat; per novum, veterem hominem restaurare decreverat: & qui Deus vivus, apparuit homo Deus mortuus; igitur nisi per Dei mortem reparari nequibat ruina generis contracta per originarium lucem. A Domino factum est istud, quod quidem mirabile in oculis nostris. Si scandalum tuis, niteris insiciari signemto, quod perfectum in Calvario à Scrutare Scripturas: Mai. 53. 4. ubi: Percussum à Deo & humiliatum. Hebr. Percussum Deum & humilitatum. Vid. Leon. à Castro hic. & Maluend. Deuter. 21. 22. de homine appenso in ligno dicitur: Non permansit cadaver eius in ligno, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. Hebr. Contumeliosè Deus suspensus est: fusc hic cit. Maluend. Unde testimonij sensus est: quisquis moriens in cruce pependit, illa die deponetur de cruce; quia Deus contumeliosè suspensus (pro suspendendus) est. Ita Zachar. 12. 10. accepto præterito pro futuro: Aspicient ad me, quem confixerunt. Hoc testimonio utitur Ioann. 19. 37. & Apocal. 1. 7. Quid clarior testimonio Ieremie à Spiritu oris nostri Christus (Hebr. Messias, Iehova, ut apud Maluendam) Dominus captus est in peccatis nostris. Thren. 4. 20. Ita ut vidimus Tautolog. 1. n. 54. Dominus renavit à ligno. & Psalm. 40. 2. Beatus qui intelligit Deum egenum & pauperem, Ibi El cum puncto Cere sonat Deum; & translatum cum puncto Segol, quod significat Super. Denique Deuter. 32. 18. dicitur: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Deum patram debilitasti, & oblitus es Deum vulneratum tuum, & occidit tuum. Adi Genebrard. in Psalm. 77. n. 47. Cano, lib. 2. de Loc. Hebraic. cap. 13. & 14. Hermem Larmatium, de Insaurand. Religion. lib. 8. cap. 6. & Galatin. 1. de Arcan. cap. 8. In institutum grafecamus.

21 Combinatio & revolutio quibat fieri in tota Scriptura ingeniosiss sententijs, ut diximus de Veritate, Tautolog. 6. D. 4. n. 5. (Sic ille alius interrogatus, Quot annos in eremo vixisti? Respondit: Vixi, hoc est XVII. commutatione numerorum.) exceptis Tabularum characteribus; equidem iuxta sententiam Rab. Rasi in 34. Exod. Tabule quas cum lege attulit de monte Moyfes, perforatæ erant; & ex utraque parte legi quibant: ut si diceremus Amor Roma; & illud ex ingenioso Epigrammate:

Signa te signa: temere me tangit & angit.

Ubi ut vides, idem dicit à dextra in sinistram, ac præut iacet. Q. d. Non, aut Amâ. Luderum omnino Rabbini communi, ut legenti constat; ni velit dicere, in hunc & inde in Tabulis legis legi, si contra morem Hebræorum legerentur præcepta à sinistra in dextram: hoc non mirabile, contrarium profectò esset mirabile. Idem cuilibet accidit igitur quod in facie scriptum à dextra in sinistram, idem erit in tergo, lectum à sinistra in dextram. Ita Rabbini commendant legem: nugis, non observatione. Unde cum videret Rasi Mem & Samech non posse subsistere, si perforatentur Tabulæ, ubi insculptæ, quippe non habent, unde ligentur; audacter ibid. fingit, pendulas miraculo, ne caderent, si- stineri: alio sensu sensui Rasi suffragari: scilicet, legem cordibus lapideis; vel literas in hominibus adintra factorum; esse profectò miraculum.

22 De scripto Pythagoræ, seu potius de Magia in scriptis, quæ in orbe Lunæ possint legi; ait Rhodiginus, lib. 9. cap. 23. Pythagoram id ridiculum factitasse, ut quæ collig-

Non videret homo, ni mo- veretur Deus homo.

Præteritum pro futuro.

Testimonia Hebræa de Christi divi- nitate, pas- sione & mor- te.

Anagram- ma inquire

Artificium scripturæ.

Quomodo mirabili scriptura le- gitur.

Magia Py- thagoræ.

Tom. VI.

Ggg 2

collig-